



1957.

1698 13 f 6

Q. F. F. Q. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.
DISPUTATIO FEVDALIS VI

De

**SUCCESSIONE
FOEMINARVM CLE-
RICORVM ET IMPER-
FECTORVM,**

Quam

Cum Corollaris ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per-Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

IO. SAMVELESTRYKIO
I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. XXII Octobr. A. O. R. MDCXCIIIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

ADAMVS FRIDERICVS VDEN,
Osterb. Palæo-March.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC, TYP.



1722
GOTTFRIED ANTONIUS
INSTITUTIONES VI

SVOCATIONE
FÖRMINARVM CLE
RIGORVM ET RITER
RECTORVM

Curator Collegii
ad ducatum Saxonie
IN ACADEMIA FRIDERICIANA

IO. SAMV. ELSTRYKIO
I. D. & P. O. Ordinario

ADAMVS FRIDERICVS VDEN
Ordinarius

HALLAE MAGDEBURGENSIS
TITVS CHRISTOPH. ANDREAS XILIIEN. AD T. P.





COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz

Lib. I. Tit. 15. 16.

I.

VT quis Status Imp. sit, voto & sessione in comitiis opus est; nec matriculæ insertio sufficiens eius argumentum est.

2. Contribuendi necessitas per privilegium abesse potest. Ad illum vero qui noviter ius Status acquirere cupit, hoc requisitum præcise exigitur.

3. Non omnis quidem immediatus Imp. civis, Status est; nullus tamen Status esse potest, qui non sit immediatus. Statum enim in Statu esse, absonum in iure publico est.

4. Non tamen opus est ut immedietas bonorum ad statum necessaria, nexu feudali ab Imperatore dependeat, sed & allodialia bona sufficiunt.

5. Ecclesiasticorum Principum prærogatiua in Comitibus, ex prima deuotione Imp. in clerum dependet; alias nec humano nec diuino iure nititur.

6. Prioritas sessionis, quæ Archi-Episcopis Magdeburgensi & Bremensi in Scamno Ecclesiastico competebat quondam, illa ipsis hodie in scamno Principum post secularisationem non deneganda.

7. Ius constituendi Statum Imp. ad Imperatorem quidem pertinet, sed inuito collegio neminem obtrudere valet.

8. Episcopi Germaniæ electione vel postulatione

con-

constituuntur, Pontifex confirmat, & Imp. investit ipfos
von der Weltigkeit / vti litteræ inuestiturarum docent,
& hinc eodem modo cum Principibus secularibus iu-
rant.

9. Menses Papales in conferendis Canonicatibus &
aliis beneficiis Ecclesiasticis, merito vi Instrumenti Pa-
cis sibi vindicant Principes Evangelici.

10. De redemptione pallii Episcopalis in aula Cæ-
sarea olim conquesti fuerunt status Germaniæ etiam
Catholici, verum cum eius impetrationem pleriq; Ger-
maniæ Episcopi omittant, etiam ab Archi-Episcopis ne-
gligi possent.

11. Postulati administratores Episcopatum Euan-
gelicorum Germaniæ eodem iure gaudent in comitiis,
quo electi Episcopi, nisi quod scamno transverso sedeant.

12. Ius primatus Archi-Episcopatus Magdeburgen-
sis non expiravit mutata religione; cum & in subscri-
ptione Recessus Imp. nouissimi, adhuc das Primat- und
Erz-Stift vocetur. Vnde qua eminentia hoc ius pri-
matus quondam viguit inter Catholicos, eadem quoq;
adhuc Serenissimo Electori Brandenburgico compete-
re debet, inter Euangelicos.

13. Ordo Equitum Teutonicus, seu Marianus & Mal-
tensis seu Iohanniticus, ratione voti castitatis, paupertatis
& obedientiæ, religiosus merito adscribitur. Cum ve-
ro equites Ioannitici, sub Balliua Brandenburgica Son-
neburgensi, in matrimonio viuunt, votum castitatis ma-
gis seruant, quam illi, qui in concubinato viuunt.



DISPUTATIO FEVDALIS VI.
DE SVCCESIONE FOEMINA-
RVM, CLERICORVM, ET IMPER-
FECTORVM.

THESIS PRIMA.

FOEMINÆ cum suis filiis *a*, etiam armis assuetæ *b*, a suc-
cessione feudi non solum proprii, sed & conditionati *c*,
ligii *d*, Franci *e*, empti *f*, & cum allodium in feudum
vltro est recognitum *g*, ipso iure regulariter sunt exclu-
sæ *b*.

a) Foemina enim semel a successione feudi exclusa, filii ex eadem
postea nati, tanquam in alienam familiam patris scilicet sui recepti, *per l.*
familia, 196. *de V. S.* vbi Goed. propter corruptam radicem non admittun-
tur, *arg. c. 1. de succ. frat. 1. F. 8. c. 1. §. hoc autem notandum, de his qui*
feud. dar. poss. Curt. Iun. de feud. p. 3. membr. [Ludwel. Tr. de success. feud.
c. 2. p. 152.] 1. num. 1. Vult. in tr. suo feudali lib. 1. c. 9. num. 27. cum pluribus
aliis ibidem allegatis.

b) Propter reliqua exclusoriarum rationum pugnancia argumenta,
Et per l. ea que raro, cum seqq. de ll. Sic. Mart. Laud. in d. c. 1. de his qui
feud. dar. poss. num. 32. Sonsbec. p. 9. num. 120. in fin. Mozz. de subst. feud.
num. 93. vers. septima limitatio. Guerr. Pifo. Soac. in pralud. feud. c. 32.
num. 2. Schneid. p. 6. c. 2. num. 20. Dissent. Andr. de Ifern. in d. c. 1. §. hoc
autem notandum, num. 20. Garzon. in tractat. de foemin. ad feud. recip.
restr. 21. num. 130. Et seqq. allegans Ruin. cons. 18. col. 4. vol. 1.

c) *arg. c. 1. in fin. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 23.* Et certe vno de
feudi naturalibus mutato, reliqua secundum propriam feudi naturam de-
bent diiudicari, *iuxta c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. vbi*
Dd. passim omnes, quibus subscribit Curt. iun. d. p. 3. membr. 1. num. 12. in
fin. Zas. in epit. feud. p. 8. num. 49. Garzon. d. tractat. de foem. ad feud.
recip. restr. 4. num. 97. Et 160. Duaren. de feud. c. 10. num. 7. Borch. de feud.
c. 7. num. 68. Henr. Rosent. in tr. nouiss. c. 7. concl. 33. num. 7. Et seqq. Diff.
varie Dd. quorum alii, etiam sine speciali pacto foeminas simul cum mas-
culis, alii seruitia personalia excipiendo in ceterorum foeminino sexui con-
uenien-



venientium seruitiorum expeditione, eas indubitanter amittunt. Sic Matth. de Afflict. in c. 1. num. 8. vers. septimo fallit, de his qui feud. dar poss. Mozz. de subst. feud. num. 91. vers. possent & tertio, Cuiac. libr. 1. de feud. tit. 2. §. quin etiam. Late præ reliquis Hartm. Pist. libr. 2. p. 2. q. 34. num. 37. Clar. libr. 4. recept. sent. §. feudum, q. 73. num. 18. & eam cum iam allegatis affirmat Anton. Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. de V. S. conclus. 6. num. 58. Menoch. cons. 65. num. 16. & seqq. 39. & 55. vol. 1. quibus recentur accedit Iohan. Thilmam. de Benign. p. 4. syntagm. resp. 1. testam. feud. num. 6. & latius 40. & 63. per text. rotundum in c. si cui militi, in cap. extraord. quem Cuiac. refert libr. 4. tit. 104. [Dissentit. itidem Carpz. p. 3. c. 28. §. 12. num. 7. Struv. c. 9. th. num. 2.] Sed quid, si pacto pro masculis & foeminis simile feudum sit acquisitum? Ac ne tum quidem foeminas, nisi deficientibus masculis, admittendas perpetuus ille ordo & indubitata in nomothesia feudaria series satis suggerit. in c. 1. de eo qui sib. vel her. su. 2. F. 17. nominatim expressa, prout bene notasse videtur Ros. d. conclus. 33. num. 11. nisi contrarium pacto specialiter cautum sit, vt in th. 5. fusius declarabitur Diss. Iacob. de Beluifo in d. §. quinetiam, vbi & Aluar. num. 2. & idem Aluar. ad §. similiter si quis, num. 2. in fin. de capit. qui cnr. ven. 2. F. 51. Iacobin. de S. Georg. in verb. & foeminis. num. 10. in fin. Zas. p. 8. num. 48. Ludolph. Schrad. intr. feud. p. 7. c. 4. num. 79.

d) eo quod præter communem feudorum naturam adhuc fortius liget, quam cætera, Garzon. tr. restr. 12. num. 116. Sonsb. p. 4. num. 26. Borch. d. c. 7. num. 70. Vult. d. c. 9. num. 43. Nicol. Euerhard. iun. cons. 41. num. 185. & seqq. vol. 1. Diss. multi Speculatoris in tit. de feud. §. quoniam, q. 21. num. 41. male intellecti occasione, Gregor. in syntagm. iur. lib. 6. c. 2. num. 32. Ferrar. Montan. 1. feud. c. 6. versic. sexam speciem. Val. Forst. de succ. ab intest. libr. 4. c. 23. num. 58. fortissime Socin. Iun. cons. 77. num. 22. vol. 1. & cons. 1. num. 36. vol. 4. hac potissimum ratione suffulti, quod vasallus ligius se suaque bona domino subiicere cogatur, & ea ratione filias bonis alodialibus simul & feudalibus contra omnem humanitatis rationem defraudare. Nullam igitur hoc loco inter feudum exiguum & amplum seu magnum rationis differentiam cum communi Dd. schola inuenio, arg. l. 1. §. nauem, vbi gl. de exercitor. act. l. quamuis, 13. vt inposs. legat. l. si proprietarius, 22. pr. de damn. infect. Sic. Curt. iun. d. p. 3. membr. 1. num. 14. Guerr. Pifo. Soac. in prælud. feud. tit. 31. num. 18. Schrad. d. p. 7. c. 4. num. 7. & 8. & p. 10. sect. 7. num. 77. Diss. Garzon. d. tr. de foem. ad feud. recip. restr. 17. num. 122. Tiraq. in iud. de reb. exigu. vers. 85. Menoch. de arbitr. iud. quest.

quest. libr. 2. cent. 3. cas. 214. num. 3. Alex. Raud. de analog. uniuoc. & equi-
voc. c. 22. num. 234. allegant. c. 1. de fidel. in capit. extraordin. quibus & in
simili de feudi amissione circa feudum exiguum subscribit Grammat, de-
cis. 77. num. 11.

e) Per rationes & textus sub lit. c. allegatos, vt sentit Martin. Laud.
in c. 1. §. & quia vidimus, de his qui feud. dar. poss. Zas. p. 8. num. 44. Iacob.
de S. Georg. in verb. & foeminis, num. 5. Schneid. p. 6. c. 2. num. 18. & seqq.
Hannet. libr. 2. feud. c. 8. Duar. c. 10. num. 7. Fachin. libr. 7. controuers. c. 39.
[Ludwel. in Syn. p. 190.] Diss. variando Dd. quorum non nulli indistincte
foeminas admittunt, per. d. c. si cui militi in extraord. Picus. ad d. §. & quia
vidimus. Cuiac. in c. 1. §. quinetiam Episcop. vel Abbat. Clarus. d. §. feudum,
quest. 73. num. 6. & 7. Intrigliol. cent. 1. q. 41. num. 26. & seqq. Cacheran. de-
cis. Pedemont. 27. num. 5. Hart. Pistor. d. qu. 34. num. 32. & seqq. Iohann.
Thilmann. de Benign. d. loc. num. 25. Wurmbf. tit. de feudis, 51. obs. 14. [Carpz.
d. def. 12. Struv. d. l.] alii verecundius post masculos demum, Forster. d.
libr. 4. c. 23. num. 52. Wesenb. consil. 74. num. 31. p. 2. Christophor. de Strassen
consil. 23. num. 22. & 24. tom. 3. consiliorum Germaniae, Anno. 89. impressorum.

f) Usque adeo, vt nec remissione seruitiorum personalium, nec pre-
tio nummario fere aequivalenti intercedente, tam vna cum, quam deficien-
tibus masculis exaudiantur; propter defectum textuum, qui contrariam iu-
vare deberent opinionem: cum tamen ea, quae ob casuum frequentiam no-
tanda essent, si taceantur, pro neglectis habeantur, argum. l. item apud. La-
bonem, 13. §. hoc edictum, 26. de ininr. Iacobin. de S. Georg. in verb. & fo-
eminis, num. 6. Sonsbec. p. 9. num. 121. Vult. d. c. 9. num. 44. Hartm. Pistor. d.
q. 34. num. 8. & q. 38. num. 45. Schrad. p. 7. c. 4. num. 5. Rosenth. d. c. 7. con-
cl. 34. num. 7. Fachin. d. lib. 7. c. 37. Wesenb. consil. 2. num. 91. p. 1. & consil.
73. n. 52. p. 2. Nicol. Euerhard. iun. consil. 10. num. 27. & consil. 39. num. 4.
vol. 2. Myns. cent. 5. obs. 73. num. 4. & nouissime Adrian. Gilman. pulchre
tom. 2. p. 1. vot. 21. num. 62. vsque ad 68. [Carpz. p. 3. c. 28. d. 9. Ludwel. p. 191.]
Diss. Intrigliol. q. 41. num. 25. & seqq. Mozz. de substant. feud. num. 91. For-
ster. d. c. 23. num. 52. Caccialup. obs. feud. 17. per totam fere. Clarus. §. feu-
dum, quest. 73. num. 6. Gail. late. 2. obs. 159. & recenter Thesaurus decis. 146.
Thilmann. de Benign. d. responso testamento feud. a num. 16 vsque ad 27.
consulendo sequitur Roland. a Valle. consil. 23. num. 3. & 33. vol. 1. & consil.
41. n. 12, & consil. 90. num. 42. vol. 4. Bertazoll. consil. 39. num. 28. libr. 1. civ.
Peregr. consil. 5. num. 6. & consil. 6. num. 8. & 9. vol. 1. & consil. 22. num. 5. &
seqq. vol. 1. qui ad extraneos etiam extendit. Quinimo etiam feuda pretio
numma-

nummario interueniente, successionis tamen iure integro, acquiri posse, iuri feudali non refragatur, *per c. 1. in fin. de his qui feud. dar. poss. c. 1. de natura feud. 1. F. 7. & c. 1. de benef. frat. 1. F. 20.* vbi interpretes. Diss. supr. citati fere omnes *per c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commissor. 1. F. 27. & per c. 1. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 28.* Sed quid de pignoratione, quod vulgo Pfandlehen appellatur? & æque bene rigore iuris inspecto foeminas excludendas putat Andr. Knich. *de vestitur. pact. p. 1. c. 3. num. 256.* Rosenth. *c. 2. conclus. 77. num. 3.* etsi de consuetudine Germaniæ contrarium statuatur, de qua attestatur *Zaf. p. 12. num. 24. & Gail. d. loc. num. ult.* [Quorum sententia etiam de iure verior *Struv. c. 4. th. 14. num. 1.*]

g) Curt. *Iun. d. p. 3. membr. 1. limitat. 14. num. 16.* Rosent. *c. 7. conclus. 34. num. 8.* Diss. Aluar. *ad c. 1. num. 4. vers. contrarium vero loquitur, de eo qui sibi vel heredib. suis,* Garzon. *d. tr. restrict. 37. num. 165.* Ius vero Saxonicum nullam hoc casu admittit in dominum concessionem, nisi per annum & diem liberam eidem concedat possessionem, tumque donator non aliter quam alius quisque habebitur vasallus, *per lib. 1. Landrecht 1 art. 34. Reinhard, p. 3. diff. 8. Zobell. p. 2. diff. 46. Matth. Coler. decis. 80. & 219.*

h) Propter honestatem scilicet, seruitia militaria, consilii fragilitatem, voti inconstantiam, secreti occultandi difficultatem, Bald. *in l. quoties, num. 7. Cod. de suis & legitimis heredib. & interpretes passim omnes.* [Plures rationes adducit Wurmserus *Tr. de feud. Impropr. class. 3. Sect. 3. num. 75. seqq.*] Quibus recenter Wilhelmus Fornerius Aurel. *in comment. feudal. sub tit. diuersa filior. parent. succed. genera, vers. iure civili filia.* & hanc addendam putauit, vasallum scilicet inter pares eiusdem curiæ, *secundum c. vnic. de controu. feud. apud pares termin. 2. F. 16. c. vnic. an apud iud. vel cur. dom. quest. feud. deb. termin. 2. F. 46.* iudicare debere, a quo tamen officio foeminas publica lege remotas constat. *l. 2. de R. I. l. fin. C. de arbitr.* Diss. singulariter Garzon. *d. tr. circa princ. num. 7. 8. & 9.* primo per placita principum hoc introductum, & non nisi consuetudine sic seruatum, statuens, Forster. *d. c. 23. num. 48.* qui etiam *ex l. 12. tabul. desumptam* autumat. Et hinc est, quod licet quis feudum acquisierit, pro se ac heredibus suis, pro se ac liberis suis, item pro genere, filiis, descendantibus, posteris & similibus; foeminae tamen materiae subiectae habita ratione repudientur *per cap. 1. §. etsi clientulus, de alienat. feud. 1. F. 13. & per §. similiter nec vasallus, de leg. Conradi, 2. F. 34. & ea quæ tradit Mynsing. cent. 5. obseru. 72. & Gail. 2. obs. 154. num. 20.* Interpretes & Dd. cateruatim vno ore omnes. De quibus tamen & similibus late Vult. *d. c. 9. num. 28. 30. & seqq. & ad longum Rosenth. d. c. 7. concl. 31. c. 2. concl.*

concl. 31. c. 2. concl. 38. cum multis seqq. [In feudis etiam Imperii, a successione excluduntur foeminae. Iterus. c. 14. th. II. & 12. Dantur tamen etiam feuda foeminina quorum exempla recenset Mylerus ab Ehrenbach de Princip. Imp. c. 24.]

II.

Succedunt tamen quandoque foeminae. Et primo quidem ex feudi natura in feudo mere hereditario *a*, ac foemineo *b*, item si filia feudum redemerit *c*, vel ex gratuita recordatione benemeritorum patris a Domino est investita *d*.

a) Quale est feudum concessum accipienti, eiusque heredibus quibuscunque. Ac licet Dd. velut araneorum telis inuoluti hic haereant, & quous plus legant, eo profundius in hunc labyrinthum se praecipitari fateantur: propter investiturae tamen generalitatem, hoc casu secundum *c. unic. de duob. fratr. a Capitan. invest. 2. F. 18.* potissimum inspiciendam, affirmatiue concludendum videtur, sic Curt. iun. d. p. 3. membr. 2. n. 63. & seqq. Mozz. de substant. feud. num. 95. & idem de natural. feud. num. 83. Clarus. d. S. feudum, quest. 9. n. 2. q. 42. n. 2. q. 83. Ros. c. 2. conclus. 35. 36. 37. Gail. 2. obs. 154. in fi. Fachin. lib. 7. controu. c. 6. Peregrin. consil. 7. per totum fere, consil. 6. num. 5. & 6. vol. 1. Nic. Euerh. iun. consil. 50. a num. 19. usque ad 39. voria respondet. [Wurmserus d. cl. 3. sect. 3. num. 457. vbi plures citat, & ad contraria potuer. feud. alien. Iacobin. de S. Geor. in verb. & quibuscunque, num. 1. & seqq. Zas. p. 8. num. 62. & p. 12. n. 25. Garzon. d. tr. restrict. 2. a num. 77. usque ad 88. & restrict. 20. n. 128. & restrict. 22. num. 133. Sonsbec. p. 12. n. 93. Knich. de vestitur. pact. p. 1. c. 3. num. 16. [Dissent. itidem Carpz. p. 3. c. 28. d. II. sed is videtur tantum de feudo mixto, non de mere hereditario agere.]

b) Propriissime accepto, illo scilicet quod foeminae ab initio concessum est, quod alias vulgo *Weiber oder Kuncel Lehen* ab eiusdem origine appellatur, per. c. 1. de nat. success. feu. 2. F. 50. c. vn. de feud. foemin. c. unic. S. filia vero, de success. feud. 1. F. 8. Sed an ne vi potius specialis pacti, quam ex natura feudi, venient? Negandum puto, per dd. textus, & c. 1. cas. in quib. foemin. in feud. succed. Aluarot. in c. 1. S. & quia vidimus, num. 7. vbi & Schenck. num. 15. de his qui feud. dar. poss. Iacobin. de S. Geor. in verb. & foeminis, num. 3. Ferrar. Montan. in collectan. feud. lib. 3. c. 8. vers. sed beneficium illud foemininum proprie, Intrigliol. cent. 1. qu. 28. num. 50. &

q. 27 in pr. num. 4. Vult. d. c. 9. n. 40. Ros. c. 7. conclus. 35. Hartin. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 34. n. 20. & seqq. Diss. in d. c. 1. in verb. si fœmina, de feud. fœmin. ibidem Ifern. num. 2. & idem in c. 1. de success. feud. num. 10. Blanc. in summalibr. 3. c. 1. num. 19. Hotom. diss. feudal. c. 15. de feud. muliebr. Marian Socin. conf. 5. num. 17. tom. 3. var. conf. Germ. Anno. 89. impressorum. [add. Carpz. diss. feud. 5. th. 46. Wurmser. d. sect. 3. num. 38. seqq. vbi de differentia feudi fœminei, & illius quod ex pacto fœminæ acquiritur, agit.] Ad communem tamen feudorum naturam facile reuertitur, Rosent. de feud. d. c. 7. conclus. 35. num. 10. in fin. arg. d. c. 1. de feud. fœmin. 2. F. 30. l. si vnus, §. pactus ne peteret, vers. quod & in specie, ibique late Iason. n. 5. & seqq. ff. de pact. veluti si detur fœminæ in feudum masculinum, zum rechten Mannlehen / Rosent. d. c. 7. conclus. 36. num. 17. aut fœmina inuestiatur pro se suisque filiis, vor sich vnd ihre Söhne: quia filiorum appellatione in materia feudali non continentur filix, c. 1. in pr. & §. 2. de succ. feud. 1. F. 8. c. 1. de succ. frat. 2. F. II. c. 1. de nat. succ. feud. 2. F. 50. Ideoque dominus nominatim ad filios successionem feudi restringens, fœminæ quidem acquirenti contra naturam feudorum gratiam facere, sed ea mortua solos filios succedere, atque ita feudum ad communem feudorum naturam reuerti, eamque deinceps retinere voluisse, præsumi debet. Dissent. Paulus Picus in c. 1. §. & quia vidimus, num. 62. de his qui feud. dar. poss. quem sequitur Rosent. d. conclus. 36. num. 2. Idem dicendum de feudo, quod fœmina sibi & heredibus feudalibus, Lehenserben / est stipulata, arg. c. 1. §. et si clientulus, de al. feud. 1. F. 13. iunct. d. tit. 30. lib. 2. Diss. idem Rosent. d. c. 7. concl. 8. num. 4. Multoque magis si acceperit sibi & filiis masculis, seu heredibus masculis: quod etiam concedit ipse Rosent. d. concl. 36. n. 3. & seqq. Idque vsque adeo verum esse existimo, vt ab istiusmodi feudi successione non tantum filix, sed & ex iis prognati nepotes remouendi sint [Ludwel. p. 186. Struv. c. 9. th. 8.] licet sapius adductus Rosent. d. concl. 36. n. 14. 15. 16. ea de re subdubitet. Sed quid, sub feudo concessio pro filiabus etiam filios vocatos esse dicemus? Et quidem iure ciuili masculos sub fœminis comprehendendi exemplo turpissimum esse, putat Pomponius in l. si ita scriptum, 45. de legat. 2. l. seruis legatis, vers. ancillis, de legat. 3. gl. in l. 1. dict. verbum, de V. S. Goëdd. ibidem, num. 61. Anton. Gabriel. in commun. opin. tit. de V. S. conclus. 6. num. 129. lib. 6. Est tamen vt ex identitate, seu potius exuberante causa rationis in feudis eos vocari dicamus, teste Iason. in l. si quis id quod, num. 24. de iurisdic. omn. iud. vt & Ros. d. conclus. 36. num. 1. et si Sonsbec. p. 9. n. 158. contrarium sentiat. De illo vero fœmineo feudo, quod a
fœmi-

foemina actiue fortitur originem, quid? Et contrahentes iuri potius communi se conformasse videntur, per vulgatas ll. Etsi enim voluntas ac conditio concedentis maxime sit inspicienda, per l. ex facto, §. si quis rogatus, 4. de acceptilat. l. plenum, §. equitii, de usu & habitat. & sic magis suum sexum dilexisse apparere possit: tamen se suosque posteros (alias genus hominum auarissimum, teste gl. in l. Nefennius, 36. in verb. e contrario, de negot. gest. per l. si ita stipulata, §. 1. de donat. inter vir. & vxor.) in deteriore conditionem contra feudorum naturam constituere voluisse, non facile praesumitur, Vult. c. 9. num. 40. in fin. Hartm. Pistor. d. q. 34. num. 28. Knichen. de vestitur. part. p. 1. c. 3. num. 17. [Wurmser. d. Sect. 3. num. 396. seqq.] Diss. Garzon. d. tr. restrict. 14. num. 119. c. 2. ibi allegatis, Intrigl. cent. 1. q. 28. n. 4. Menoch. de pres. lib. 4. presump. 85. num. 6. & 7. Roland a Valle cons. 76. n. 9. & seqq. vol. 3. Illud notatu dignum, quod Knich. in priuil. Duc. Saxon. de non prouoc. iure in verb. Ducum, 3. 3. num. 37. & seqq. & d. p. 1. c. 2. num. 25. late deducit ex Schrad. p. 10. sect. 1. num. 85. & sect. 5. num. 224. regno, marchionatu, comitatu, tanquam capite, haereditario, & ad foeminas transitorio existente, omnia inde promanantia feuda, tanquam membra quoque talia praesumi, per c. cum non liceat, de prescript. ad exemplum regni & ciuitatis metropolis, ad cuius mores se totum regnum & reliquae ciuitates inferiores conformant, §. siual. Instit. de satisdat.

c) per c. vn. quemadm. feud. ad filias pertin. 1. F. 24. c. vn. in princ. ibi cui dominus accepta pecunia, de inuestit. in marito facta, 2. F. 15. Schenck. num. 15. in c. vn. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dar. poss. Schneid. p. 6. c. 2. n. 35. Forster. lib. 4. de success. c. 23. num. 54. In huiusmodi autem casu filia improprie succedere dicitur, cum feudum potius ex nouo contractu, occasione tantum patris inito, consequatur, Vult. 1. F. 9. num. 46.

d) Quod de nouo quidem feudo dubio caret, per l. in re mand. C. mand. & consentientibus quidem agnatis expeditum, l. 4. §. 1. quib. mod. pig. vel hyp. solv. & arg. c. vn. de alienat. feud. patern. 2. F. 39. In praedictum vero agnatorum si fiat, altioris est quaestionis. Idque de Imperatore vel alio principe superiorem non recognoscente ex certa scientia & iusta causa, vel utilitate publica, quae semper, & vel maxime cum motu proprio quid decernit, in eo praesumitur, Gail. 2. obser. 58. & 1. obs. 14. num. 87. Mynsing. sent. 4. obs. 8. Peck. de testam. coniug. lib. 3. c. 25. ex plenitudine potestatis exaudio, gl. in l. fin. C. si contra ius vel utilit. public. fac. c. proposuit, de concess. prabend. Sic Roland a Valle consil. 3. num. 140. & seqq. vol. 1. Rosenth. d. c. 7. conclus. 46. num. 1. & seqq. & in simili fere eodem c. 7. concl. 19. cum ibi allegatis, & per



ea quæ Knich. in privileg. Saxon. de non prouoc. iur. verb. prouocat nescium, c. 4. pulchre ad longum tradit. Dissent. interpretes plerique omnes, vt & Couarr. lib. 3. variar. resolut. c. 6. per totum Forster. de success. lib. 6. c. 36. n. 9. in simili Pinell. ad l. 2. C. de rescindend. vendit. c. 2. num. 14. & seqq. in specie Hartm. Pistor. libr. 2. p. 2. quest. 34. n. 38. Schrad. p. 7. c. 4. num. 51. Clarus d. 9. 73. in fin. Socin. Iun. consil. 76. num. 18. vol. 1. Quod tamen hac subintellecta moderatione, vt damno resarcito ius imminutum læso compenset, admitto, l. si ita verberatum, de R. V. l. Lucius, de euct. l. 2. C. quib. ex caus. seruit. pro premio libertat. & c. Peck. d. loc. Gail. 2. obs. 56. num. 8. & passim. Dd. Feudi vero domino adeo etiam prædictam inuestiendi potestatem præripio, vt ne filiam quidem inuestire possit, etiamsi ius successionis nondum delatum sit, arg. d. c. vnic. de alienat. feud. patern. 2. F. 39. Aluarot. n. 1. in c. 1. §. filia vero, de success. feud. Laudens. num. 3. ibidem & Afflict. late n. 6. & seqq. Nam ex initio negotii, ad quod principaliter recurrendum, l. 1. §. idem Pomponius, ff. depositi, inter vasallum & dominum contracti, hoc feudum propter spem successionis, & conditionem mortis, agnatis reuera potius quam filia, pendente etiam conditione debetur, l. creditores, 10. de V. S. Curt. Iun. p. 3. membr. 1. n. 4. Sonsb. p. 9. n. 124. Hanneton. lib. 2. c. 8. Schrad. d. l. n. 50. Rosenth. d. loc. n. 9. Diss. Garzon. d. tr. restrict. 28. n. 149. Sed quid dubiis inuestiturae verbis existentibus, ane domini foeminino magis sexui fauentis iudicio in præiudicium agnatorum vergente acquiescendum? Ac iudicem ordinarium vel arbitrum adeundum in simili monet c. vn. de inuestitura in marit. facta, 2. F. 15. & dominus hoc casu suspectus potius de nouo det feudum, quam vt jam datum significet & interpretetur, l. heres talam, §. 1. de testam. Ant. Gabriel. lib. 6. commun. opin. t. 1. d. R. I. conclus. 3. Diss. Garzon. ampliat. 5. & 6. n. 28. & 29.

III.

Deinde pacto speciali *a* ad successionem vocantur. At certa quadam specificè vocata, vltra nominatam nulla alia *b* auditur: Pro vna autem filia si tantum fuerit concessum, & extent plures, domino electionem tribuo *c*.

a) Et eo quidem expresso, c. 1. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dar. poss. c. 1. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. §. fin. de feud. marc. 1. F. 14. c. 1. §. fin. quid sit inuestit. 2. F. 2. c. 1. vers. ad filias de success. frat. 2. F. 11. c. 1. §. fin. in quib. caus. feud. amittat. 2. F. 23. c. 1. in pr. de nat. success. feud. 2. F. 50. c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis, 2. F. 17. Zas. p. 8. num. 38. Sonsb. p. 9. n. 128. Borch. c. 7.

c. 7. p. 2. n. 66. Schneid. p. 6. c. 2. de success. foemin. n. 25. Guern. Pilo Soac. tit. 31. n. 1. & 2. Schrad. p. 7. c. 4. n. 41. Ex quibus consequens est, ea quæ de pacto tacito in feudo franco conditionato & similibus Schon. lib. 1. disp. 7. thes. 24. adstruit, per supr. dicta in th. 1. prorsus concidere. Et cum semper tenor investiturarum diligenter sit aspiciendus: tum vero præcipue ad primam investituram tanquam ad lydium lapidem recurrendum, ar. c. 1. de vasallo decrep. etat. 2. F. 14. ac quidem eo magis quod feudum sit contractus inter vasallum & dominum vltro citroque obligatorius, in quo nunquam nouatio facta præsumitur, nisi id clare exprimatur, l. fin. C. de nouat. Schrad. p. 5. c. 2. n. 31. Wes. cons. 4. n. 36. & cons. 74. n. 86. Bertaz. cons. 39. n. 15. lib. 1. civil. Nicol. Euerh. Iun. cons. 41. n. 23. 43. 55. vol. 1.

b) Pactum enim personale personam non egreditur, l. si unus, 27. §. si pacta, 4. in fin. l. qui in futurum, 57. §. 1. de pact. Iacobin. de S. Georg. in verb. & foeminis, n. 2. Hannet. 2. feud. c. 8. Guerr. Pilo Soac. c. 31. n. 5. Hart. Pift. d. 9. 34. num. 43. Vult. d. c. 9. num. 47. [An vero tale pactum personale sit, si feudum alicui eiusque filiis & filiabus concessum, ita vt descendentes ex filiabus non comprehensi videantur? quæstionis est. Vult id Struuius c. 9. th. 8. n. 15. Sed vix est vt assensum mereatur.]

c) arg. c. 1. §. antiquissimo de his, qui feud. dar. poss. l. si quis seruum, §. si inter duos, de legat. 2. & ne inuitum cogatur habere vasallum, c. 1. de fratr. de nov. benef. inuest. 2. F. 12. prout huic sententia subscribit Aluarot. in c. 1. uism. 6. de eo qui heredib. suis mascul. & foem. Iacobin. de S. Georg. in verb. & foeminis, n. 14. Mozz. de natural. feud. num. 102. Rosenth. c. 7. conclus. 42. in princ. Diss. plurimi, quos refert Vult. d. c. 9. n. 47. alii enim primogenitæ adjudicandum tribuunt; sic Curt. Iun. d. p. 3. membr. 1. n. 20. Schneid. p. 6. c. 2. n. 55. in fin. quos sequitur Schrad. p. 7. c. 4. q. 45. arg. l. boues, §. hoc sermone, de V. S. vbi Goedd. c. non potest, §. 1. de prebend. in 6. alii patri optionem concedunt, Zas. p. 8. n. 65. & Fichard. ad Villalob. lit. R. num. 66. alii sorte dirimendum putant, Bald. in c. 1. §. quinetiam Episcop. vel Abbat. Petr. Gregor. in Syntagm. iur. uniuers. lib. 34. c. 5. per totum, per l. 2. C. quand. & quibus quarta pars debeat. lib. 10. Denique Forster de success. ab intest. d. cap. 23. num. 50. omnes admittendas autumat per l. 1. C. si plur. vna sent. condemnent.

IV.

Denique statuto per legitimas personas pro successione foeminarum, introducto, licite feuda habere possunt a. Quinimo

imo consuetudo *b*, modo legitime introducta sit & probata in feudo, etiam iurisdictionali *c*, & praesertim ecclesiastico *d*, liberum ipsis patefacit aditum.

a) Idque extra omnem controuersia aleani positum esse inter interpretes satis conuenit, per notata in *l. omnes populi, de iustit. & iure.* [Wurmser. *d. Sect. 3. n. 384. seqq.* & ibi citati.] Sed an statutum laicorum, vires suas ad personas ecclesiasticas extendat, paulo spinosius? Et statutum tale ecclesiasticis non praesudicare verius est, per *c. non minus, ext. de immunitat. eccles. c. 1. eod. t. in 6.* & per textus expressos in *c. quae in ecclesiarum, c. ecclesia S. Mariae, de constit.* sic Knich. *de vestitur. pact. p. 1. c. 4. num. 98.* Rosenthal. *c. 7. conclas. 43. n. 4. cum ibi notat.* Gail. *2. obs. 52. num. 23. & obs. 32. num. 7.* Mynsing. *cent. 5. obs. 22. num. 24. in dubio relinquens.* Diss. quidam infra de feudo ecclesiastico allegati, feudum nempe ex aequitate iuris Canonici foeminae alias quoque facilius concedi, existimantes.

b) *c. vn. §. hoc quoque sciendum, de his qui feud. dar. poss. c. 1. an marit. succed. vxor. in benef. 1. F. 15. cap. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morganat. contr. 2. F. 29. c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. quae fuit prim. cans. benef. amitt. 2. F. 9. c. 1. in fin. qui testes sint necessarii, 2. F. 32. & alias passim, nullo reclamante omnes.* Sed & consuetudinem, vt foeminae in feudo succedant simul aut masculis exclusis, valere tradunt Sonsbec. *p. 9. num. 127.* & post eum Vult. *d. c. 9. num. 48. ibi: Quinimo,* Knich. *de vestitur. pact. p. 1. c. 4. n. 99.* Gail. *2. obs. 140. num. 9. in fin. & obs. 149. num. 10.* vnde Bald. *in d. c. vn. num. 4. de feud. cognit.* consuetudinem saltem tolerabilem & in communi vita approbatam, etsi non adeo rationabilis sit, vsu tamen seruandum putat, per text. rotundum in *c. vn. §. filii, si de feud. defunct. fuer. controuers. 2. F. 26.* Hinc est, quod statuta quoque & consuetudines familiae, quoad successiones nullatenus sint improbandae, modo domino sciente vel etiam tolerante animo ita obseruandi approbentur, & sic concludunt Garzon. *d. tr. de foemin. ad feud. recip. restrict. 9. num. 111.* Zas. *p. 8. num. 42.* Mozz. *de substantial. num. 93.* Intrigliol. *cent. 1. quest. 28. n. 52.* Schneid. *p. 6. c. 2. num. 33.* Vult. *d. c. 9. num. 48. circa fin.* Pet. Heigg. *p. 1. q. 23. num. 39.* Nicol. Euerhard. *Iun. consil. 6. num. 10. vol. 1.* Nec multum refert iurisdictionem ne familia ista habeat vel non, secundum Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de instrum. edit. §. compendiose, vers. sed nunquid dicemus, 15.* Forster. *d. c. 23. num. 56.* Collegium Ingolstadiense iu consil. quod subiecit Hartm. Pistor. *lib. 2. p. 2. quest. 41.* Schrad. *p. 7. c. 4. n. 54.* Heig. *d. q. 23. n. 21. usque ad 33.* Knich. *de Saxon.*

non prouoc. iur. verb. Duc. Saxon. c. 3. num. 62. & seqq. Diff. Mynf. consil. 32. n. 22. & consil. 50. n. 45. in fin.

c) *c. dilecti, de arbitr. Dec. in l. 2. de R. I.* vbi quoque Philip. Matth. Guerrin. Pifo. c. 32. num. fin. pulchro exemplo rem declarans, Clarus q. 73. n. 2. Vult. d. c. 9. num. 38. Roland a Valle consil. 90. num. 7. vol. 4. Mynf. consil. 32. num. 19. & 20. Lanar. cons. 1. num. 27. & seqq. Ius autem ciuile foeminis, etiamsi summæ opinionis existant, sceptrum plane denegat: Et Bodin. lib. 6. c. 5. an. 138. usque ad fin. variis exemplis & rationibus gynæocratiam damnat: vnde multi alii foeminam ad successionem regni admissam non tam Reginam, quam regni ruinam, appellandam putant. Quid multis? Prophet. Esaias c. 3. v. 11. & 12. signum poenæ diuinæ asserit esse, vbi regnare inceperit mulier, vide disp. 2. thes. 2. lit. b.

d) Qualia sunt feuda a curuo baculo prodeuntia, *Krumstäbische Lehen* dicta, cuius tres vulgo in Abbatia Fuldensi, Corueiensi, & Hirsfeldensi referunt formulas interpretes, Ferrar. Montan. lib. 1. c. 2. ad fin. & lib. 3. c. 8. vers. proinde de feudis, Vult. d. c. 9. num. 48. vers. huc pertinet questio, & num. 50. vers. quia autem, qui allegat Fichard. cons. 17. num. 16. vers. 2. vol. 1. & cons. 15. q. 13. num. 4. vol. 2. Quibus recenter Andr. Knich. de vestitur. part. p. 1. c. 4. num. 46. & illam domus *Rauffungen* in Hassia olim Ecclesiasticæ infeudationis consuetudinem subiungit. In quibus tamen secundum tenorem theseos non ex natura feudi, sed mera consuetudine veniunt, *c. ceterum, c. nouit, vers. Non enim intendimus, de iudic.* & alias sacri canones ius ciuile imitari non dedignantur, c. 1. & 2. de oper. nov. nunciat. Schrad. d. p. 7. c. 4. n. 36. Rosenth. d. tr. c. 7. conclus. 31. n. 6. & 7. Wesl. consil. 74. num. 27. Peregrin. cons. 22. num. 2. consil. 27. num. 6. vol. 1. & consil. 17. num. 16. vol. 2. quibus euertitur tritum illud in ore omnium prouerbium: *Der Krumstab schliesse niemand aus*/prout illud conciliat Nicol. Euerhard. consil. 41. n. 176. & seqq. vol. 1. [vid. supra disp. 1. th. 4. lit. d.] Diff. Garzon. d. tr. restrict. 19. num. 126. Cacheran. decis. 27. num. 15. & 17. qui allegat Hyppolitum Rimald. cons. 38. num. 15. & Menoch. cons. 65. num. 30. vol. 1. eo quod ipsi manuali auxilio & armato non indigeant, sed tueantur sese lachrymis & ieiuniis, quibus foeminarum sedulitate & aptitudine se strenue coadiuuari posse putant.

V.

Prædicta tamen omnia non nisi in defectum a masculorum sunt accipienda, & si foemina gradu proximior b,
aut

aut etiam pro masculis & foeminis *c*, aut hæredibus vtriufque sexus *d* concessum sit: nisi simul & æqualiter *e*, aut tam masculi quàm foeminæ *f*, & foeminæ vna cum *g* masculis vocentur.

a) *text. est in c. 1. §. quin etiam. Episc. vel Abb. 1. F. 6. c. 1. §. fin. de succ. feud. 1. F. 8. c. unic. §. similiter de capit. qui cur. vend. 2. F. 51. §. c. unic. de eo qui sibi vel her. suis, 2. F. 17. & hæc quidem communi omnium Dd. voto indubitanter vera sunt. [vid. Bocer. de success. in feud. Fachin. l. 7. controv. cap. 42. Carpz. P. 3. C. 28. d. 13. Struv. c. 9. th. 8. n. 5. Idem in feudis Imperii obtinet Itterus c. 14. §. 17.] Quod tamen insulse adeo & indifferenter non est accipiendum, sed eatenus tantum, si a primo acquirente descendat, non etiam si feudum sit nouum, aut ex pacto forte acquirentis ad fratres vel alios collaterales peruenire possit; eo enim casu masculorum existentia foeminis minime oberit, *c. 1. de duob. fratr. a capit. inuest. 2. F. 18.* Et sic optime hunc textum exaudiunt interpretes plerique omnes, Aluar. *ibid. in princ. §. num. 2. Laudens. princ. §. num. 2. Iacobin. in d. verb. §. foeminis, num. 15. Hanneton. lib. 2. c. 9. Duar. c. 10. uum. 11. Vult. d. c. 9. num. 49. vers. atque hæc ita, Hart. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 35. num. 7. Rosenth. d. c. 7. concl. 39. n. 5.**

b) Frider. Schenck. *in d. c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis, ubi gl. Schneid. p. 6. c. 2. num. 47. Hartm. Pistor. d. q. 35. num. 5. Schrad. p. 7. c. 4. num. 6. §. seqq. Fachin. lib. 7. controv. c. 44. ita quidem, vt si foemina pari gradu distet, secundo gradu fingatur constituta: docte Lanar. consil. 1. num. 39. §. 40. Ac quamuis Dd. more auum anterioris sequentium volatum, communiter casum hic excipiant, si statutum foeminas habiliter, vt primogenitus vel primogenita succedat, quod tum foemina magis propinqua excludat masculum remotiorem: mihi tamen cum Henr. Rosenth. *d. c. 7. conclus. 41. num. 14. in contrariam vt tutiorem potius videtur descendendum sententiam, qui allegat Castrens. consil. 164. per totum, vol. 2. sic quoque Lana. in terminis fere consil. num. 47. usque ad fin. Diss. Ifern. in d. c. 1. num. 2. vers. videtur aliud dici, de eo qui sibi vel heredib. suis. Curt. d. p. 3. membr. 1. num. 17. in fin. Tiraquell. de iur. primogenit. q. 10. num. 25. Schrad. d. p. 7. c. 4. num. 78. Superioribus aliquot & subsequenter non minus voluptatis quam etiam lucis afferet, si & illam de interpretatione erga foeminas fauorabili vel odiosa facienda, perstringamus. Et mihi contra foeminam odiose & stricte respondendum videtur, per ea quæ traduntur a Garzon. *d. tr. num. 50. §. aliquot seqq. Knich. de vestit. pact. p. 1. c. 4. num. 83. §. seqq. Wesenb. consil. 51. passim. num. 27.***

lingu-

singulariter. & num. 40. & consil. 1. num. 65. Lanar. consil. 60. num. 62. 68. usque ad 74. late Rosenth. d. c. 7. conclus. 42. num. 25. Diss. Sonsb. p. 9. num. 34. & 35. iuncto num. 31. Wesenb. de feud. c. 6. de feud. success. num. 24. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 36. nm. 20. Menoch. consil. 391. in fin. vol. 4. Myns. consil. consil. 10. n. 75. & seqq. Nic. Euerh. Iun. consil. 50. n. 64. vol. 2. per l. maximum vitium. C. de lib. præterit.

c) Copulatiuam particulam (ET) hic non tam sensum, quam verba copulare, tenent Dd. communiter, Schn. p. 6. c. 2. n. 38. Duar. de feud. c. 10. n. 9. Vult. d. c. 9. n. 49. Schrad. p. 7. c. 4. n. 69. Mynsing. cent. 5. obs. 74. n. 3. Hart Pistor. lib. 2. p. 2. q. 35. 18. & seqq. vbi contrariis respondet. Wes. consil. 74. n. 20. 21. & seqq. Diss. Hotom. in d. §. quinetiam Episcop. vel Abbat. a Vult. supr. citato loco allegatus per l. triplici, 142. & l. sape, 53. de V. S. l. si ita quis, 66. de hered. instit. [Struv. c. 9. th. 8. n. 14. Quod si tamen feudum pro masculis & foeminis concessum, tum foemina in prima linea superstes excludit masculum in secunda linea Peregrin. de fideicomm. art. 27. n. 14. vid. Dn. Parens in Diss. de success. in feud. Masc. & foem. concessa. cap. 3.] Quin hoc etiam ad foemineum pure feudum extendatur, quid repugnet non video? præter Dd. sup. allegatos vide Hannet. lib. 2. c. 8. Ferrar. Montan. in colle. Etan. libr. 3. c. 8. vers. admonendi sumus, Borch. satis eleganter c. 7. n. 69. 75. & seq. Intrigliol. cent. 1. q. 27. n. 4. Clar. §. feudum, q. 73. n. 5. Dissent. Cuiac. lib. 1. de feud. foemin. tit. 12. Sonsbec. p. 9. num. 142. & seqq. Menoch. consil. 148. n. 10.

d) Etsi collectiuo nomine æqualiter vocatæ appareant, ordinate tamen vocatæ censentur per l. cum ita, 32. §. in fideicommissio, de legat. 2. Curt. Iun. de feud. p. 3. membr. 1. n. 19. Garzon. d. tr. restrict. 49. n. 181. Forster. de success. libr. 3. c. 19. n. 14. in princ. Ros. d. c. 7. concl. 40. n. 14. Roland. a Valle consil. 84. n. 7. 13. & 14. vol. 4. Fachin. d. lib. 7. c. 42. Diss. Borchol. c. 7. n. 67. circa fin. allegans Fulgosium consil. 8. Paris. consil. 12. num. 14. consil. 13. num. 15.

e) Text. in cap. extraord. apud Cuiac. 4. F. 104. vt enim ars & natura frustratoria non admittit, l. hæc stipulatio, §. Diuus. vt legat. nomin. car. sic. nec contrahentes vllam syllabam otiosam posuisse præsumuntur, gl. in l. 1. quod metus causa, per textum expressum in l. fin. C. de donat. l. ampliorem, §. in refutationis. C. de appellat. Curt. Iun. d. p. 3. membr. 1. n. 18. Zas. p. 8. n. 49. vers. tertio fallit. Wesembec. de feud. c. 6. num. 23. Schneid. de feud. p. 6. c. 2. n. 44. Schrad. d. p. 7. c. 4. n. 73. & 75. Hart. Pistor. d. q. 35. num. 28. Wes. consil. 74. num. 24. Diss. Peregrin. consil. 25. n. 16. & 17. vol. 1. Roland. a Val.

consil. 84. per totum, vol. 4. Knich. de vestitur. pact. p. 1. c. 4. n. 54. qui allegat Flamin. de Rub. cons. 22. num. 58. prædictum c. item si quis, tanquam minus authenticum repudiantes.

f) Particulam enim cum omnem gradus prærogatiuam tollere, & augmentatiue positam, tenent Picus in c. 1. n. 4. quemad. feud. ad fil. pertineat argumento l. vn. §. ubi autem, II. C. de caduc. tollend. Iacobin. d. loc. Hanne. lib. 2. feud. c. 9. Borch. c. 7. p. 2. n. 67. Pistor. d. q. 35. num. 30. Rosenth. c. 7. conclus. 41. n. 1. & seqq. Diss. Curt. Iun. d. p. 3. membr. 1. n. 18. Zas. p. 8. num. 48. in fin. Guerrin. Pifo. c. 40 num. 25. Schneid. d. p. 6. c. 2. n. 39. late Forster. d. libr. 3. c. 19. n. 18. & seq. Fachin. lib. 7. c. 43. Peregrin. d. consil. 25. num. 15. Lanar. d. consil. num. 31. per l. si quis Attio, 7. de usufr. accresc. l. illi cum illo, de usufr. legat.

g) Cum per omnia adæquentur particulis & formulis sub lit. E. allegatis, Rosenth. d. c. 7. conclus. 40. in fin. [Ludwel. p. 14. Struv. c. 9. th. 8. n. 13. Carpz. p. 3. c. 28. d. 14. qui tamen sibi contradicit Diss. feud. 5. th. 56.] Diss. Schrad. d. p. 7. c. 4. num. 66. Bartol. Socin. consil. 19. n. 5. vol. 1. Peregrin. d. consil. 25. n. 13. & 14. Lanar. d. consil. 1. num. 33. in fin. innitentes tit. Cod. ut omn. iudic. tam ciuil. quam milit. quinquag. dies, & l. cum scimus. C. de agricol. & censitis, lib. II.

VI.

Supradictorum igitur modorum vno si fœmina fuerit exclusa, semper exclusa censebitur a: nisi renunciationis b, aut feudi deficientibus masculis c circumstantia, vel alia similis d contrarium suadeat. Semel e contrario admissa, per superuenientem postea masculum feudum eidem non auferetur e.

a) Per c. 1. §. quinetiam Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. vbi Aluarot. n. 3. Præposit. n. 2. & 3. nec id mirum, cum & alias ius semel consopitum difficulter reuiuiscat, l. quires, 89. §. arcam, 8. de solut. c. quæ res, dist. 4. sic in substitutione sine liberis facta, si substituens filio relicto decedat, idemque adita hereditate post interuallum etiam moriatur, ius tamen substituti, & si conditio substitutionis non durauerit, l. 10. in fin. princ. l. 21. de fidei commiss. libertat. iam dudum expirauit, l. post aditam. C. de impub. & aliis substitut. adeo quidem, vt filio etiam patri succedere nolente, substitutus nihilominus ius suum prætendens, propter existentiam masculi non audiatur, l. filiusfamilias, 114. §. cum erit, 13. de legat. 1. Durand. de arte testand. tit. 5. cautel.

25. n. 3

25. n. 3. Sic. Montan. in collectan. lib. 3. c. 8. vers. illud magis in loco est. Garzon. d. tr. ampliat. 9. n. 33. Borch. c. 7. p. 2. n. 36. & seqq. Schrad. p. 7. c. 4. n. 83. Rosenth. d. c. 7. concl. 44. n. 13. & nouissime Andr. Knich. de vestitur. pact. p. 1. c. 3. preclare a num. 23. vsque ad n. 223. Roland. a Val. consil. 58. n. 61 & 68. vol. 3. Nic. Euerhard. iun. consil. 41. n. 182. vol. 1. Fachin. 7. controuers. 45. Gail. 2. obs. 148. & recenter Adrian. Gilman. tom. 2. p. 1. vot. 21. vbi late plures vide pro hac sententia allegatos. Diss. Guerrin. Pis. in pralud. feud. c. 40. vers. quarta species, num. 27. Wesenb. de feud. c. 6. n. 23. Sonsbec. p. 9. n. 130. Clarus. §. feudum, q. 80. n. 2. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 36. num. 11. Forster. de success. lib. 3. c. 14. in fin. Mynsing. cent. 5. obs. 74. n. 8. & nouissime Petrus Heig. p. 1. q. 26. n. 8. & seqq. mordicus hanc late tueri conantur, quos late refutant Knich. & Gilman. dd. locis. [Dissentiunt etiam ab Autore Ludwel. c. 9. p. 196. Bitsch. ad 1. F. 6. Vmmius d. Processu. D. 18. in Coroll. Carpz. p. 3. c. 28. d. 15. Arum. Disp. feud. 6. th. 13. Scheplitz. in prompt. de success. feud. tit. 4. §. 18. Struv. c. 9. th. 8. n. 6. seq. Wurmsfer. de feud. Impropr. Class. 3. sect. 3. n. 97. & seqq. Qui duo vltimi hanc sententiam solidissimis rationibus confirmant, & ad argumenta contraria respondent. Vt ita sententia Autoris vix applausum mereatur.]

b) Argumento l. iubemus, 21. C. ad SC. Velleian. c. cum cessante, de appellat. Gail. d. loc. Rosenth. d. c. 7. conclus. 45. n. 10. Sed num filia renunciatione, praesertim si enormis laesio concurrat, a paterna successione excludi possit, Dd. in diuersas, diuersis moti argumentis, trahuntur sententias? Et constat eam excludi posse, si iuramenti religione, confirmati & maturi iudicii existens, nullo dolo malo inducta, renunciationem confirmet, c. quamvis, de pact. in 6. c. cum contingat, de iureiurand. iuri enim canonico in eiusmodi causis animam concernentibus standum, c. 1. & 2. de nou. oper. nunciat. quin & apud Ethnicos parce licet, religiosissime tamen viguisse testatur Aul. Gell. Noct. Attic. libr. 7. c. 18. quod & sacrae testantur paginae c. 9. los. & Genes. 25. expresse c. licet mulieres, de iureiurand. in 6. Carol. Molin. in addit. ad Dec. consil. 180. Alciat. in d. c. cum contingat, num. 204. Moller. lib. 1. semest. c. 43. n. 6. consultat. Saxon. p. 1. q. 4. Iohann. Thilman. de Benign. Syntagm. 3. dec. 2. vot. 10. per totum. Adrian. Gilman. tom. 2. p. 2. vot. 46. num. 24. Quibus etiam adstipulatur ius Saxonicum in Nouell. constitut. August. p. 2. constit. 35. vbi Moller. late per totam. Et quidem in fortioribus terminis, facultatibus & rebus familiaribus patris postea auctis, idem decidit contra Grammat. decis. 57. & alios innitentes c. cum M. Ferrariensis, de constitut. §. l. cum queritur. C. de inoffic. testament. Confer Didac. Couarr. in d. c. quam-

c. *quamuis*, p. 3. §. 4. n. 8. Mynf. cent. 1. obs. 36. Gail. 2. obs. 77. n. 9. z. obs. 126. & 2. obs. 147. Mynf. consil. 67. per totum., Fachin. lib. 8. c. 69. 70. 71. 72. per c. non est obligatorium, de R. I. in 6. c. 2. c. detestand. de concess. prabend. in 6. c. et si Christus, §. Iacobus de iureiurand, Prædicto iuramento communiter & fidei prestationem æquiparant, quod vel maxime procedit, si princeps, comes, nobilis, bey seinen Fürstlichen / Gräfflichen / Adelichen Ehren / wahren Worten / Treuen und Glauben / quid seruaturum promiserit, per ea quæ tradit Mynf. cent. 1. obs. 17. Gail. 2. obs. 59. n. 1 & 6. Thesaur. decis. 47. n. 11. Sichard. ad l. fin. n. 13. C. de edict. D. Hadrian. toll. Wes. cons. 23. n. 56. & in his terminis expresse Ionas Weidenkopff cons. 48. n. 14. vol. 1. consil. Germania Anno 1603. impressorum, & ibidem Ioan. Beyer consil. seq. n. 13. & seqq. Nicol. Euerhard. Iun. cons. 56. vol. 1. n. 27.

c) Per text. in c. 1. de eo qui sibi vel heredib. suis, 2. F. 17. eo quod ablatiui absoluti resoluantur in conditionem, arg. l. si debitor cuius, §. si in venditione ibi: nisi salua causa pignoris, quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. si pater familias, 40. ibi: vel mutata conditione, de hered. instit. Hart. Pistor. d. q. 36. num. fin. Forster. d. lib. 3. c. 16. n. 1. & seqq. Rosenth. d. conclus. 45. num. 20. 21. Hic & illud se offert, si inuestitura non verbis momentaneis, sed suspensiuis, donec, quousque, quamdiu, duntaxat, concepta sit, sic Duar. c. 10. n. 12. Harnet. lib. 2. feud. c. 9. Mozz. de naturalibus feud. num. 100. Vult. d. c. 9. n. 45. Gilman. hinc inde passim. d. loc.

d) Si nimirum masculus filiam excludens lucem hanc aspiciens eadem incontinenti priuetur, arg. l. si pro parte, 10. §. versum, de in rem verso, c. nam & ego, extra de V. S. præter supr. allegatos, Blanc. lib. 3. c. 1. n. 18. Schneid. p. 6. c. 2. n. 51. Vult. d. c. 9. num. 54. vers. tertio dicunt. Quod tamen de recte natis vix est vt exaudiri possit, eo quod semel exclusionis extiterit conditio, fac. lex uxoris abortu. C. de posthum. hered. instit. l. si quis heredem, 6. C. de inst. substitut. sub conditione fact. l. quod de pariter. cum duab. seqq. de reb. dub. quam etiam momento extitisse sufficit. l. quod certatim. C. de liber. & posth. hered. instit. Ferdinand. Vasq. de success. procreat. §. 27. limitat. 30. n. 10. [Quod tamen dubium assumpta contraria opinione, cum Dd. supra allegatis, euanescit.] Huc referendum est & hoc, si filius feudum repudiet, vel ob delictum aut exheredationem eius sit incapax, eo quod nomine tenus saltem heredis nomen sibi vindicet, arg. l. 2. §. sed sint sui heredes, 8. ad SC. Tertullian. l. si necem, 4. §. si deportatus, l. et si ex modica, 6. §. si filius. de bon. libert. Dd. communiter in d. §. quinetiam.

e) Per l. id quod nostrum de R. I. Guer. Piso. tit. propr. & impropr. feudi 40. vers.

40. vers. quarta species, n. 28. Sonsb. p. 9. n. 140. & seqq. Hannet. 2. feud. c. 9. Schneid. p. 6. c. 2. num. 48. Vult. c. 9. n. 39. vers. quid autem si foemina, Clarus §. feudum, q. 80. n. 1. Rosenth. d. conclus. 41. n. 46. Fachin. lib. 7. controuers. c. 41. [Ludwel. p. 195. Struv. c. 9. th. 8. n. 8.] Diss. gl. in d. c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis quam strenue sequitur Laudens. ibid. n. 11. & aliquot seqq. & Prae-posit. n. 3. Iacobin. de S. Georg. in verb. & foeminis, num. 17. in secreto iuris veriore putat Forster. de success. ab intestat. lib. 3. c. 19. n. 12. ibi: quinimo excludet. Quae quidem sententia vno casu omnino admittenda est, si nimirum defunctus vxorem praegnantem reliquisset, cum alias qui in utero est, quo ad commoda pro iam nato habeatur, l. qui in utero, de statu homin. sic. Dd. com- muniter.

VII.

Deniq; etsi foeminæ non succedant à meliorationibus tamen a & pecunia ex feudo redacta b nullatenus sunt repellendæ. Ad fructuum verò ex impuberis fratris feudo collectorum perceptionem sorores cum fratre simul non admittendæ c.

a) Siue illud domino aperiatur, c. 1. §. si vasallus, hic finit. l. 2. F. 28. vbi Aluatot. n. 1. Laudens. n. 1. Schenck. n. 2. & 5. Intrigliol. cent. 1. q. 59. n. 5. Borch. c. 7. membr. 2. n. 73. Menoch. recuperand. possess. remed. 15. n. 506. Clarus §. feudum, q. 88. per totum (contrarium tamen de iure Saxonico obtinere tradit Schrad. p. 7. c. 3. n. 8. ædificia nempe in feudo exstructa ad dominum reuerti per art. 21. Landrecht lib. 2. & per constit. Nouell. August. 31. p. 3. Zobell. p. 3. differ. 29. Fachl. diff. 26. Reinh. p. 3. diff. 23. Coler. de processib. exec. p. 2. c. 3. n. 307. & idem decis. 73.) siue etiam ad agnatos feudum successione deuoluatur, Wesl. in epitom. feud. c. 9. n. 6. Vult. lib. 1. c. 11. n. 113. Schrad. p. 9. p. 2. sect. 2. n. 60. & p. 7. c. 3. n. 7. Roland a Vall. cons. 28. n. 29. vol. adeo quidem, vt, si in possessione sint, ratione meliorationum & fructuum extantium feudi retentionem habeant, interp. sup. ad §. si vasallus allegati arg. l. qui exceptionem, §. si pars, de condiçt. indebit. l. Paulus de doli except. l. Iulianus, 37. & in l. fundo seq. de rei vindicat. Garzon. d. tract. restrict. 27. n. 146. Schrad. d. loc. Rosenth. d. c. 7. conclus. 54. n. 2. [Mev. P. 3. D. 368. Struv. c. 15. th. 19. n. 2.] semel vero legitimo tramite ejectæ, aut in possessione praeventæ difficulter ratione fructuum & meliorationum immisionem impetrabunt, per ea quæ consuluit Wesenbec. consil. 93. n. 11. & seqq. p. 2. Cacheran. decis. Pedemont. 26. num. 24. Rosenth. d. c. 7. concl. 54.

b) ea enim iure feudi non censetur, *argum. c. 1. §. sciendum, de feud. cognit. 2. F. 2.* Io. Kœpp. *in decis. quest. illust. q. 18. n. 1. & seqq.* Schneid. *p. 2. n. 22.* Borch. *c. 6. n. 14.* Schurff. *cons. 11. per tot. cent. 1. & cons. 22. n. 2. cent. 3.* Henning. Goeden. *cons. 6. n. 26. vol. 8. consult. Saxon. p. 1. q. 2. n. 15.* & in simili fere Daniel Moller. *1. semestr. 42. per tot.* [Struv. *c. 4. th. 4.*] ne quidem si iuramentum accedat, *gloss. ad c. 1. in verb. in feudum, vbi Ifern. si de feud. vasall. ab aliquo interpellat. 2. F. 25.* Aluarot. *in c. 1. de feud. non habent. propr. feud. natur. 2. F. 48. Schn. d. p. 2. n. 23.* Borch. *d. loc. Schurff. d. consil. 11. n. 2. cent. 1.* Fallit tamen hoc, si inter partes pactis aut conuentionibus, de pecunia ex feudo redacta in alius rursus emptionem conuertenda, cautum sit, *text. elegans in c. 1. si de feud. vasall. ab aliq. fuer. interpellat. 2. F. 25.* quibus pactis heredes etiam efficaciter obligantur, *l. cum a matre, C. de rei vindicat. l. si ab eo, C. de liberal. caus.* Kœpp. *d. loc. n. 9.* Schurff. *d. consil. 22. n. 3. cent. 1.* Wesenb. *cons. 79. per totum fere p. 2.* Quod etiam de iure Saxonico obtinere testatur Reinh. *diff. 26. p. 3.* [Carpz. *P. 3. C. 30. d. 4.*] Prout idem in pecunia foeneratitia, & emptioni immobilium destinata, tam de iure ciuili, *per l. 78. §. 1. & l. 92. in f. de legat. 3.* quam iure Saxonico, *per art. 31. Landrecht lib. 1.* contingere videmus, Thellaur. *dec. 160. consult. Saxon. p. 1. q. 34. n. 11. & seqq.* Kœpp. *qu. 24.*

c) Eius enim debent esse fructus tanquam accessorium, cuius est ipsum feudum, tanquam principale, *c. unic. §. fin. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 23.* vtile enim dominium in his totum consistit, *l. 1. & 2. si ager vectigal. petat.* Aluarott. *ad c. vn. §. his consequenter, hic finitur lex.* Wurmb. *de feud. tit. 51. obs. 23. n. 3. per l. fin. §. penult. que in fraud. credit.* Myns. *late cent. 6. obs. vlt. n. 8. & idem decad. 12. resp. 10. n. 6. & seqq.* Diss. And. de Ifern. *in c. 1. §. si quis vero pace tenend.* Curt. *Iun. p. 3. memb. 2. n. 47.* Camerar. *in c. imperialem. de prohib. feud. alienat. per Frider. pag. 121.* eo quod separati sint a solo, & pristinam non retineant naturam, more fructuum ex bonis ecclesie perceptorum, *c. vestra. de locat. & conduct.* Lanar. *consil. 34. n. 7.* feudi fructus iure feudi amplius non censi existimans. Thileman. *de Benign. Syntagm. 3. dec. 2. vot. 7. n. 86.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. c. 17. n. 19. arg. c. 1. an agnat. vel filius.*

IIX.

Alimenta a igitur & dotem b eodem casu congruam c deberi rationis est. Legitimam vero non aliter d, quam si mere hereditarium sit e, aut foemina simul cum masculis succedat f.

a) Et quidem de alimentis nihil dubii habet, *arg. c. 1. §. fin. Episc. vel Abbat. & Dd. communiter omnes.*

b) Et si

b) Etsi enim per se feudum in dotem dari non possit, per text. in c. 1. §. donare, qual. olim feud. alien. potuer. 2. F. 9. c. 1. in princ. vers. hortatu itaque, de prohib. feud. alienat. per Lotbar. 2. F. 52. gl. in c. imperialem, in verb. alienare, de prohib. feud. alienat. per Frider. Vult. d. c. 9. n. 57. Sonsb. p. 12. nu. 79. Schneid. p. 7. c. 1. n. 28. Mozz. tit. ex quib. caus. feud. amittat. n. 133. Wurms. tit. de feud. obs. 19. Myns. obs. 86. cent. 4. Thilmann de Benign. p. 3. Syntagm. dec. 2. vot. 7. n. 76. & n. 133. Dissent. Speculat. tit. de feud. §. quoniam super homagiis. vers. 19. queritur in fin. n. 35. tit. de emphyteus. §. nunc aliqua, vers. centesimo nono queritur, n. 133. Bonis tamen hereditariis nullis extantibus, tam ab agnatis, quam a domino, ex feudo deberi dotem ex æquitate receptum est, Vult. d. loc. Borch. c. 7. memb. 2. n. 74. Garzon. d. tr. restrict. 39. n. 153. Hart. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 37. n. 4. & q. 38. n. 41. [Est n. dos moribus Germaniæ factum onus feudi. Mev. p. 3. d. 367. n. 2. Struv. c. 14. th. 17. Ludw. Tract. feud. p. 155.] Quod & de feudi fructibus dicendum monent Rosenth. c. 9. conclus. 9. n. 1. & seqq. Schrad. p. 8. c. 1. n. 38. Oldendorp. class. 5. post act. 17. de act. benef. in pract. artic. 1. n. 2. Myns. d. obs. 86. n. 5. Gail. 1. obs. 117. n. 7. & lib. 2. de pac. publ. c. 17. n. 18. Quo tamen casu post mortem partis huiusmodi dationem expirare verius est, per text. expressum in c. nuper de donat. inter vir. & vxor. Curt. Iun. p. 4. n. 93. Hannet. lib. 5. c. 5. Schneid. d. p. 7. c. 1. n. 31. Dissent. Rosenth. d. c. 9. concl. 8. n. 8. Minime vero feudum hypothecæ nomine pro dote aut dotalitio irrequisito feudi domino, & postposita agnatorum ratificatione, obligari posse, putamus, per c. 1. §. item si quis, quib. mod. feud. amittat. 1. F. 5. c. imperialem ibi: feudum totum vel partem vendere vel oppignorare, de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. & d. c. nuper, de donat. inter vir. & vxor. Curt. p. 4. in princip. Iacobin. de S. Georg. in verb. & cum pacto, n. 17. Schrad. p. 7. c. 2. n. 11. [Interita tamen hypotheca licet non constituta dotalitium ex ipso feudo præstandum a successore feudali, vtut Antecessor sine agnatorum consensu id constituerit, quia est onus feudi; modo tamen probata illatio dotis. Mylerus ab Ehrenbach in Gamol. Princ. Imp. c. 12. §. 3. seqq. Itterus c. 18. th. 11. & alii ab his citati. Ex qua illatione dotis versio præsumitur, sine hac enim non tenentur agnati Carpz. l. 6. Resp. 57. n. 8. & P. 2. C. 44. D. 9. n. 5. seq. Richt. de Success. ab int. Sect. 4. memb. 3. n. 33.] Vnde tutissimum esse admonet ius Saxonicum dotalitia constitui cum consensu heredum feudalium, per Lehenrecht / c. 31. ibi: mit der Söhne Laube / & fac. text. lib. 3. Landrecht / art. 75. ibi: an eigen ist rechte Gabe und Leibzucht der Frauen / und nicht an Lehen. Sed quid si dos nondum sit numerata? & quidem eo magis tum a dotalitii constitutione liberati videntur, cum omnia
dotis

dotis priuilegia de numerata intelligantur, per *l. assiduis*, §. 1. *C. qui pot. in pign. hab. Auth. dos data. C. de don. ante nupt. cum simil.* & qualitas adiecta verbo accipiatur secundum tempus verbi cui adiicitur, *l. in delictis*, §. *si de tracta. de noxal. act.* Fach. *lib. 8. controu. c. 68.* Ern. Cothman. *conf. 50. n. 110. & seqq.* tametsi Moller. *ad constit. Nou. Aug. 44. n. 13. p. 2.* mulierem post mortem mariti dotem cum omnibus vsuris realiter soluere paratam omnino audiendam putet. [Si sc. certa dos promissa, & per maritum steterit quo minus soluta sit. Carpz. *d. C. 44. d. 11.* Brunn. *cent. 4. dec. 49.* Quæ oblatio tamen in præiudicium filiorum quidem valebit, non autem in agnatorum. Myl. ab Ehrenbach *d. tr. c. 13. §. 6.* Quantum autem dotalitium esse debeat, vid. Dn. Parens *tr. de Success. ab Int. Diff. 4. c. 2. §. 14. seqq.*

c) Pro facultatibus scilicet, dignitate non solum dotantis, sed & qualitate & conditione tam mulieris, quam mariti, item attentio liberorum numero, *l. cum post. §. gener. l. quare de iur. dot. l. si filia de legat. 3.* [Maxime tamen ad feudi conditionem respiciendum. Mey. *p. 3. d. 364.* vbi non æque grauari possunt agnati, quam filii *id. P. 2. D. 119.*] Ita tamen, vt in primis accurata consuetudinis habeatur ratio, *arg. l. minime. l. si de interpretatione, de ll.* vnde si ea dotem legitima minorem constitui velit, illi quoque standum erit, Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 249. n. 1. 2. & seqq.* vtpote quæ familiarum conseruationi plurimum faueat, ac maximo ab onere liberos releuet. Nam alias cum amplæ dotes amplum quoque desiderent dotalitium, facile fieret, vt liberi in eo constituendo nimis grauati vix paternum feudum conseruare possent, & prouerbio illi locus daretur: *reiche Weiber / arme Kinder.* Hart. Pistor. *q. 57. n. 18.* Nulla præterea fœminæ hac ratione iniuria, sed beneficio potius afficiuntur, cum strictum ius ab omni feudi successione eas exclusas velit, nullibi legitimæ vel dotis petitione ipsis reseruata. Quas ob causas etiam in Saxonicijs prouincijs inueterato vsu receptum esse, vt rarius ex feudis, etiam maxime opimis, vitra mille florenos in dotem dari soleat, testantur Hart. Pistor. *d. loc. Heig. p. 1. q. 25. n. 67. consult. Saxon. p. 2. q. vlt.* Diff. illi, qui dotem legitimæ exacte respondere volunt, Matth. de Afflict. *decis. 76.* Gail. *lib. 2. obs. 147. n. 67. 12.* Ant. Thess. *decis. 191. n. 1. 2. 3. & seqq.* Si vero de dotis quantitate minus inter partes conueniri possit, domini arbitrio eius æstimatio relinquatur; cum ipsius, ne dotis constitutione feudum nimis grauetur, plurimum intersit, Hart. Pistor. *d. loc. n. 19.*

d) Siue illud antiquum, de quo quidem parum dubii restat, eo quod legitima de bonis tantum hereditarijs debeat, per *l. scimus in princ. vers. repletionem. C. de inoff. testam.* & quidem illis tantum, qui ab intestato succedere pos-

re possunt. l. parentibus, 8. C. d. tit. l. 6. §. si quis ex his. ff. deod. Vulr. lib. 1. c. 9. n. 116. Rosenth. c. 7. concl. 13. n. 31. Wurmbf. de feud. obs. II. n. 2. Anton. Capyt. decis. 2. n. 1. & seqq. Claud. Chiflet. de portion. legitim. vers. queri demum potest. Siue nouum, cum non minus ab hoc, quam illo filia remoueantur, Hartm. Pistor. d. lib. 2. p. 2. q. 38. n. 25. Capyt. d. decis. 2. Alciat. resp. 578. num. 4. consultat. Saxon. p. 1. q. 3. num. 28. Siue etiam pecunia paterna nouiter id fuit acquisitum, eo quod nec in eiusmodi feudo per supradicta in th. i. foemina admittatur. Schrad. p. 7. c. 5. n. 50. & 53. Camerar. in d. c. imperialem, pag. 871. consultat. Saxon. d. p. 1. q. 3. per totum. eleganter Fachin. d. lib. 7. c. 47. Diss. Rosenth. d. c. 7. conclus. 13. num. 31. ibi: Secundo declaro, Pistor. d. q. 38. num. 44. & 63. & seqq. Iacob. Tomming. decis. 2. n. 12. 16. & 20. Caccialup. inc de feud. cognit. obs. 13. num. 1. Capyt. d. loc. num. 7. qui praetendunt aestimationem feudi in pecunia deberi [Diss. item Carpzov. p. 2. c. 46. d. 24. qui tum ex feudo nouo deberi legitimam, statuit, si pater in eius comparationem maximam Patrimonii partem impenderit. Cuius sententia quoque verior videtur.] Nicol. Euerhard. Iun. consil. 50. n. 41. vol. 2. id aliis iuribus incorporalibus incorporatum putat, ideoque in legitimam computari debere per l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. testam.

e) Cessante scilicet exclusionis ratione supr. adducta, Ros. d. conclus. 13. num. 31. Fachin. libr. 7. controuers. c. 46.

f) Vult. d. c. 9. num. 116. Ros. d. concl. 13. n. 32. Capyt. & Tomming. dd. locis. Gail. 2. obs. 154. n. 15. Hart. Pist. q. 38. n. 44. Schrad. p. 7. c. 6. n. 46.

XI.

Propter conditionis suae impedimentum non incommode monachi *a* & clerici *b*, etiam per substitutum seruire parati *c*, praedictis annumerantur; etiam in emptio *d*, imo etsi praelaturae dignitate *e* fulgeant: nisi aut tempestiua poenitentia *f* ducti, aut propter certam ordinis *g*, aut seruitorum *h*, aut feudi conditionem *i* admittantur.

a) Commode, inquam, hi foeminis subiunguntur, c. 1. anmut. vel alias imperfect. 2. F. 36. cum prohibitis accenseantur, & foeminis, quoad seruitia praestanda comparentur, maxima iuris feudalis ratione dictante, ea scilicet, quod factus miles Christi desinat esse miles seculi, & quod ineptus ad officium, beneficio quoque indignus censeatur, c. 1. de vasall. milit. qui arm. bellic. depos. 2. F. 21. d. c. 1. anmut. vel alias imperfect. c. 1. §. ex hoc, de feud. foemin. 2. F. 30. c. qui clericus, si de feud. defunct. fuer. controuers. 2. F. 26. Adeo ut

Y

nec

nec monasterium substitutum idoneum ad obeunda seruicia offerens, ne ad vitam quidem eiusdem admittatur, *per ea quae infr. sub. lit. c. fusius tradentur.* [Idem circa Monachos ad huc hodie obseruatur Carpz. p. 3. c. 28. d. 3. n. 2.] Excipiunt monachum, qui ex dispensatione pontificis comes creatus est, Curt. Iun. p. 3. membr. 2. num. 28. Forster. de success. lib. 4. c. 23. n. 38. [Berlich. p. 3. c. 39. n. 24.] Quibus Dd. tandem addunt fratres tertii ordinis S. Francisci, Capyt. decis. 115. n. 13. & seqq. Forster. d. c. 23. num. 45. Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 231. n. 22. Schrad. p. 7. c. 5. n. 30. in fin.

b) Præter supr. citatos textus c. 1. in fin. c. 4. ne cleric. vel monach. secular. & c. tot. tit. de vita & honestat. clericor. Curt. Iun. d. p. 3. membr. 2. num. 13. Schneid. p. 6. de success. descend. n. 22. & 23. Vult. d. cap. 9. 67. Cui etiam ius Saxonicum prima facie concordare videtur per Landrecht 1 lib. 1. art. 25. & lib. 2. art. 22. & per c. 2. Lehenrecht /vbi gl. eisdem textus hac illustrat ratione, daß sie ihren Herrschilt nidergelegt haben mit der Pfaffheit: Licet hodierno iure in praxi contrarium seruari statuat Reinhard. p. 3. diff. 21. Fachl. diff. 23. & recenter Coler. decis. 90. n. 4. per Nov. constit. Aug. 28. p. 3. vbi Moler. [Carpz. d. c. 28. d. 2. Struv. c. 9. th. 9. Idem & extra Saxoniam in Germania hodie obtinere asserunt Vult. d. c. 9. n. 131. Schultz. syn. c. 8. n. 95.] Adeo autem de iure communi a successione feudorum arcentur clerici, vt ne abiecto quidem religionis habitu vitium hoc personale euanescat, d. c. 1. ibi: etiam postquam, de feud. fœm. 2. F. 30. Borch. c. 7. n. 62. in fin. Clarus. S. feudum, q. 78. num. 5. Diss. Cont. in method. feud. c. 6. in pr. singulariter per c. ex transmissa, de foro compet. clericum scilicet suo nomine etiam in feudo proprie succedere.

c) Propter strictissimam allegatorum textuum generalitatem, quæ non patitur vt in fraudem domini substitutus ipsi mittatur, cum pro qualitate feudi personam vasalli propriam requirere possit, Curt. Iun. latissime d. p. 3. membr. 2. n. 13. 19. & seqq. Sonsb. p. 9. n. 115. & p. 12. n. 144. Schneid. p. 6. c. 3. n. 23. Vult. d. c. 9. n. 67. vers. verum quod clericus, & c. Borch. c. 7. num. 62. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 2. q. 35. n. 3. Mynsing. obs. 48. n. 8. cent. 5. Rosenth. d. c. 7. conclus. 29. n. 3. [Add. Berlich. p. 3. concl. 39. n. 5. vbi innumeros alios consentientes adducit. Et in tota ista conclusione hanc de clericis integram Materiam prolixè exponit.] Diss. gl. in c. 1. ex hoc. de feud. fœmin. Laudens. in c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. poss. Iacobin. de S. Georg. in verb. & quibuscunque, num. 4. Laurent. Kirhov. in commun. opin. lit. C. conclus. 35. n. 9. cent. 1. Capyt. decis. 10. n. 4. 5. & 11.

d) & hanc sic in secreto iuris latitantem, vt tutiorem, optime defendit.

dit. Vult. d. c. 9. num. 67. vers. octavus est in feudo., quem sequitur Rosenth. d. c. 7. conclus. 30. n. 30. [Berlich. d. concl. 39. n. 10.] Diss. Roland. a Val. consil. 63. n. 2. & consil. 33. & 23. n. 2. 3. 4. iuncto n. 25. & 33. vol. 1.

e) Nulla attenta differentia siue sit Episcopus, qui tanquam stella Orientalis vitæ honestati in omnibus regulis ceteris clericis præscriptis, præluere debet, Vult. d. c. 9. n. 67. vers. de episcopis etiam. Menoch. recuperand. possess. 10. n. 68. Ros. d. c. 7. conclus. 29. n. 9. & seqq. Diss. Præposit. in c. 1. & quia vidimus, num. 47. de his qui feud. dar. poss. Mozz. tit. quib. ex caus. feud. amittat. num. 12. vers. vel quarto potest saluari, Borch. de feud. c. 5. n. 49. in fin. Iacobin. de S. Georg. verb. & quibuscunque, n. 4. Siue sit Cardinalis, Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quest. d. libr. 2. cent. 3. cas. 231. n. 6. Vult. d. loc. Afflict. decis. 320. Menoch. consil. 54. num. 32. & seq. vol. 1. consil. 181. n. 71. cum seq. vol. 2. [add. Berlich. d. l. n. 7. seqq.] Diss. præter modo allegatos Clarus d. q. 78. num. 5. Forster. d. c. 23. num. 44.

f) Anno scilicet probationis nondum finito, nullo castitatis, paupertatis & obedientiæ voto præstito, ordinem deserens, Laudens. in c. qui clericus, num. 2. si de feud. defunct. fuer. controu. Schenck. in c. 1. n. 17. de vasall. milit. qui arma bellic. depos. Quo & illud respicere videtur, si fraude parris vel agnatorum in minorenni ætate variis captionibus obnoxia, quis eo inducatur: tunc enim deposito habitu eundem in integrum restituendum putat Curt. d. p. 3. membr. 2. num. 25. tertio signanter. Schneid. p. 6. c. 2. n. 24. Sonsbec. p. 12. num. 147. Hartm. Pistor. d. q. 33. num. 19. & seqq. S. chrad. p. 7. c. 5. num. 30. Concordat ius Saxonicum per art. 25. lib. 1. Specul. Saxon. Dissent. Menoch. d. cas. 231. n. 27. Schoner. disp. 6. lib. 1. th. 118.

g) Quo respectu communiter excusari solent in ordinibus minoribus constituti, quales sunt clerici, ut vocant, primæ tonsuræ, Iacob. de Beluis. in c. 1. de feud. fœmin. Aluarot. in d. c. qui clericus, n. 4. Mozz. d. tit. n. 13. vers. potest & tertio. Chassan. in consuet. Burgund. tit. des viefs, §. 5. in verb. excepte les religieux. n. 14. Roland. a Val. consil. 23. n. 1. & 23. vol. 1. Dissent. Schoner. d. loc. qui allegat Ifern. & Guid. Pap. decis. 83. [Diss. item Berlich. d. l. n. 17.] Idque religione postposita expeditum putant, cum tamen mihi non nisi re integra & iure alii nondum in feudo acquisito placeat, cum Vult. d. num. 67. vers. de clericis tamen. Thom. Marin. t. 2. p. 2. n. 140. Pift. d. q. 33. n. 108. Sonsb. p. 12. num. 138. Clar. q. 78. num. 5. Idemque non immerito ad milites Hierosolymitanos, & cruciferos, seu ordinis, ut vocant, Teutonici, extendendum videtur: propter primæuam illius ordinis originem, cum imperante Henrico VI. Anno. 1190. ideo introductus fuerit, ut illi addicti curarent

rarent peregrinos pauperes, & inprimis pugnarent pro religione Christiana; unde etiam crucem tanquam insigne & notam professionis gestare solent, Dresser. *Millenar. 6. p. 290.* Aluarot. *in c. 1. num. 9. de vasall. milit. qui arma bellic. depof.* Iacobin. de S. Georg. *in verb. dictique vasalli promiserunt, & c. num. 41.* Forster. *d. lib. 4. c. 23. num. 39.* Rosent. *d. c. 7. conclus. 30. num. 9. & multis seqq.* Hartm. Pistor. *d. q. 33. n. 22.* Tilman. de Benign. *Syntagm. 1. obs. pract. observ. 7.* [add. Hermes. *Fascic. Iur. Publ. c. 29. n. 24.* Itterus. *c. 14. S. ult.* Struv. *c. 9. th. 9.*] Diss. Andr. Barbat. *in rub. de feud. num. 3. vers. quod si vasallus efficiat. miles.* Guerrin. Pis *in prelude. feud. sub tit. an milites Hierosolymitani sint feudi capac.* Marin. *d. tit. 2. num. 141.* Menoch. *de arbitr. iud. d. cas. 231. num. 5.* Cacheran. *decis. Pedem. 27. n. 18.* Fachin. *7. contro. c. 36.*

h) Si nimirum aut nullum personale seruitium, sed reale, annuus forte census, vel simile quid praestetur, Mozz. *d. tit. fin. quib. mod. feud. amitt. n. 13.* Schneid. *p. 6. c. 3. n. 24.* Schrad. *d. p. 7. c. 5. n. 30.* & Dd. communiter omnes [Berl. *d. l. n. 33.*] ita tamen ut defuncto monacho vel clerico, monasterii vel collegii ius euanescat, prout hoc declarat Clar. *d. q. 78. n. 2.* Capyt. *decis. 10. num. 10.* aut etiam tale quod non minus licite, decenter & honeste per monachum aut clericum, quam per alium quemuis expediti possit. Sic praeter supr. allegat. Dd. communiter omnes Aluarot. *in d. c. qui clericus, num. 2. & ibidem Praeposit. Rauenn. Sonsbec. p. 12. n. 148.*

i) Quid enim repugnat, si tam seruitia quam fidelitatis capita per substitutum expediri queant? Curt. Iun. *d. p. 3. membr. 2. n. 22. vers. est ergo talis sensus.* Vult. *d. c. 9. num. 67. vers. nouus est in feudo.* Nicol. Intrigliol. *cent. 1. q. 30. n. 11.* Menoch. *de arbitr. iud. d. cas. 231. & remed. recuperand. possess. 10. n. 68.* Schrad. *d. p. 7. c. 5. n. 30.* [Berlich. *d. l. n. 27.*] Quid similiter si dominus feudi de conditione clerici certus, nouum tamen eidem feudum concedat? Et ad partes clerici inclinare videtur, arg. *c. 1. §. personam, per quos fiat invest. 2. F. 3. c. 1. in fin. c. ex transmissa, c. verum. de for. compet.* Anton. Capyt. *in investit. feudal. c. feudatarii inhabiles, col. 2.* Schneid. *p. 6. c. 3. num. 24. limitat. 5.* Forster. *d. c. 23. n. 41.* Cacheran. *d. decis. 27. num. 14. & seqq.* Ros. *d. conclus. 30. n. 27.* Quid si foemina in feudo succedens ex interuallo monasticam assumat vitam? & eam non priuari feudo, saniori Dd. palato arrisit, Curt. *d. p. 3. membr. 2. n. 26.* Capyt. *decis. 10. n. 9. & 16.* Cacheran. *d. decis. 27. num. 11.* Forst. *d. c. 23. n. 37.* Schrad. *d. p. 7. c. 5. n. 30.* Hartm. Pistor. *d. q. 33. n. fin.* Ros. *d. conclus. 30. n. 19.* Diss. Sonsbec. *d. p. 12. n. 149.* Afflict. *in c. si quis decesserit, num. 7. si de feud. def. fuer. contro. Idem decis. 320.*

X.

Imperfecti denique siue animo *a* siue corpore *b* natura *c*
rales

tales sint, in feudo plerumque *d* non succedunt. Ex acci-
denti vero si fortuita quapiam calamitate ad hanc miseriam
redigantur, tam in antiquo *e* quam etiam nouo *f*. videntur
admittendi.

a) Quales sunt furiosi, & mente capti, eo quod ipsi seruire non vale-
ant, *vt loquitur c. 1. an mut. vel aliter imperf. 2. F. 36.* Dd. vnanimiter om-
nes. Quibus tamen prodigum. Vult. *d. lib. 1. c. 9. num. 63. in fin.* minime an-
numerandum putat, cum seruitia ipse non minus quam cætera fidelitatis con-
tenta præstare possit, etiam si libera bonorum administratio penes curatorem
eiusdem remaneat.

b) Quo referendi sunt surdi, muti, cæci, claudi, *per. c. 1. §. mutus. E-
piscop. vel Abbat. 1. F. 6. & per d. c. 1. an mut. surd. & c.* Idque luce meridia-
na clarius. Idem iudicium est de eo, qui manum debilitatam aut aliud mem-
brum ad seruitia præstanda habet inutile, *secundum gl. in l. de quibus princeps,
verb. de quibus, de ll. Ros. c. 1. concl. 15. n. 6. in fi.* Vt & de hermaphroditis fœ-
mineum ad sexum magis inclinantibus testantur *gl. in d. verb. de quibus, Al-
varot. in d. c. 1. num. 8. an mut. surd. & c. Iacobin. de S. Georg. in verb. mar-
chio, num. 15. Mozz. de substant. feud. num. 94. Vult. d. c. 9. num. 61.* [Si sc. a-
gatur de successione feudi antiqui, aliud in successione feudi noui] De im-
potentibus tamen aut alio modo imperfectis aliud dicendum videtur, cum
sufficiat eos hoc casu non esse mulieres in iure feudali valde exosas, Bald. *in
c. 1. §. mutus, num. 7. Episc. vel Abbat. Laudens. n. 6. ind. c. 1. an mutus. Schrad.
p. 7. c. 5. n. 17.* Gustus vero vel odoratus ratione non aliter excluduntur, quam
si per horum sensuum media seruitia sint expedienda, [Quo pertinet officii-
um des Mundschencfen.] Aluar. *in d. c. 1. num. 6. Præpos. n. 3. Frid. Schenck
num. 3. an mut. Schneid. p. 6. c. 3. n. 34. Rosenth. c. 7. conclus. 28. num. 3.* De
iure Saxonico præter supradictos leprosi, item nani seu pumiliones non ad-
mittuntur *per art. 4. lib. 1. Landrecht / Zobell. p. 3. diff. 24. Reinh. p. 1. diff. 47.*
Eaque omnia adeo vera esse puto, vt ne dominus quidem in præiudicium
agnatorum imperfectum inuestire volens ob iuris æquitatem audiatur: pro-
pter inuestituræ scilicet contractum tacite agnatos vocantem: eo quod paria
reputentur in iure non esse, & inhabilem esse, *l. 1. §. quibus, quod cuiusque
vniuers. nomin. l. 6. qui satis dar. cogant. Afflict. in d. c. 1. n. 7. & 10. an mut.
Hart. Pistor. d. p. 2. q. 32. num. 10. & 13. Schrad. d. p. 7. c. 5. n. 32. Diss. Thom.
Marin. de gener. & qualitat. feud. tit. 2. p. 2. n. 135.* ob fauorem domini potius
eum exclusum putans *per d. c. 1. quo, conuiente & permittente id satis pla-
num*

num putat Moller. *lib. 3. semest. c. 34.* in aula Saxon. ita euenisse, & in Scabinatu Lips. sic responsum esse asseuerans, dubitat Ros. *cap. 7. conclus. 28.*

c) natura scilicet nouercam erga talem se præbente, vt imperfectus in hanc lucem prodeat, prout distinguunt omnes *infr. sub lit. e. alleg.*

d) si nimirum vitia talia exorbitanter in illo reperiantur, non etiam si tarde loquatur, audiat aut ambulet, *per §. item si surdus, vbi Dd. inst. quib. non est permiff. fac. testam. & per c. 1. §. mutus. Episc. vel Abbat. vbi Aluarot. n. 1. Laudens. n. 2. & Dd. communiter. Sonsbec. p. 11. n. 132. Mozz. tit. de his qui feud. accip. poss. n. 41. vers. secundo tota illa materia. Schneid. p. 6. c. 3. vers. tota illa materia.*

e) & in hanc sententiam vt saniozem descendunt Laudens. *num. 2. Schenck. n. 1. & 2. Hanneton. lib. 2. de iur. feud. c. 3. Wefenbec. de feud. c. 6. n. 20. Borch. c. 7. n. 63. Forster. de success. libr. 4. c. 23. n. 62. Pistor. d. 9. 32. nu. 25. & multis seqq. Vult. late d. c. 9. n. 64. Rosent. d. c. 7. concl. 27. n. 2. & seqq. [Carpz. P. 3. C. 28. d. 8. Struv. c. 9. th. 10. n. 5. sed vix est vt illa sententia in puncto iuris valeat, ob text. 2. F. 6. §. 2. & 2. F. 36. vbi dicitur ob talia vitia feudum retineri non posse, quæ vox acquisitionem præcedentem, supponit.] cuius fundamentalem pleriq; in eo constituunt rationem, quod imperfectus natura nunquam fuerit habilis veluti foemina: quod non est in imperfecto ex accidenti; quo respicere videtur illud: fugiendos summe esse eos, quos natura notauit. Dissent. Zas. *in epitom. feud. p. 8. n. 68.* ineptum per accidens aliquando sanari posse putans, à natura vero inhabili vix vllam reconualescentiæ spem superesse. Sed quid? si medicorum cura restituatur valetudini? omnino eundem admitti debere censendum est, *argum. c. ex literis, de frigid. & maleficiat. Pistor. d. quest. 32. n. 34. vers. quarto restringitur. Sonsbec. p. 9. n. 114. & p. 12. n. 133. & seqq. Schrad. p. 7. c. 5. n. 32. Diss. gloss. in d. §. mutus, in verb. feud. Episcop. vel Abbat. Sonsbec. p. 9. n. 114. & d. p. 12. num. 133. & seqq. Duaren. de feud. c. 9. n. 15. Thom. Marin. de gener. & qualitat. feud. tit. 2. de feud. ex pacto & prouident. Mozz. d. tit. de his qui feud. dar. poss. num. 41. vers. secundo vero casu generali decisioni d. c. 1. an mut. & c. innitentes & omnes diuersitatis rationes respuentes. Quinimo idem de feudo regalem etiam dignitatem habente statuo cum Bald. *in c. 1. in fin. princ. n. 10. Aluarot. in d. §. mutus, num. 7. Schenck. ibidem n. 6. & 7. Borch. de feud. c. 7. num. 63.* in tantum vt primogenito, si natura inhabilis sit, excluso, rex tanquam lex animata regni aptiorem ex cæteris eligere possit, Bald. *in Auth. hoc amplius num. 10. C. de fideicommiss. Tiraquell. in tract. de iure primogenit. q. 21. n. 11.***

Intri-

Intrigliol. q. 49. num. 146. & seq. Schurff. consil. 24 n. 8. cent. 2. [Ac ita admittitur secundogenitus A.B.c. 25 §. 2. Rumelin. ad A.B. P. 3. Diss. 5. th. 12. Itterus de feud. Imp. c. 14. § 21.] At quid si primogenitus statuto præcise ad sceptrum vocetur? Ex accidenti quidem si inhabilitatus sit, curatorum ad hoc præstituendorum opera sceptrum eidem conferuabitur, a natura vero talis si fuerit, illo rejecto secundogenitus admittetur: ideo potissimum, quod primo casu ius regiae potestatis in illo quodammodo sit radicatum: Altero vero ab initio fuerit ineptus, cum tamen legum beneficia capacibus tantum concessa intelligantur, Schenck. d. loc. Zas. p. 8. n. 65. & 67. Forster. lib. 4. de success. c. 23. n. 64. & seqq. Dissent. Ros. d. c. 7. concl. 28. cum ibi allegatis. Herodotus in Terpsichore de consuetudine Lacedæmoniorum exemplo Cleomenis idem confirmans. Carol. Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. gl. 1. n. 25. & 27. in specie, & fere in terminis Lanar. consil. 1. n. 7. & aliquot seqq.

f) eo quod alias etiam vasallus propter aduersam valetudinem] a seruitiis impeditus feudo propterea non priuetur, per §. sed nec alia, que fuer. prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. quod vel maxime hoc casu eo fortius dicendum, propter summam quæ inter vasallum & dominum per c. fin. de prohib. feud. alien. per Lothar. intercedere debere æquitatem, quæ non patitur vt propter aduersæ fortunæ casum, qui nulla ratione prouideri poterit, inhabilis factus sine culpa sua priuetur, & sic afflictio afflicto addatur, prout profunde satis indagauit Vult. c. 9. num. 64. circa fin. Hartman. Pistor. d. q. 32. num. 21. & seqq. quibus tandem Rosenth. d. c. 7. conclus. 27. n. 19. vers. sed & ego, subscribit. Diss. Dd. communiter omnes, Zas. p. 8. num. 68. in fin. Borch. d. c. 7. membr. 2. n. 63. in fin. Schn. p. 6. c. 3. n. 34. Schurff. d. consil. 24. c. 9. cent. 2. Cuiac. 1. F. 2. in fin. Zas. de feud. p. 8. n. 68. Fachin. 7. controuers. iur. 34. quorum tamen sententia textibus iuris feudalis magis videtur consentanea, argum. c. 1. 4. mutus. Episcop. vel. Abbat. 1. F. 6. quod capitulum ad feudum novum, per verba: & his omnibus, & ex accidenti quidem inhabilitatum per verbum: retinere, etsi non adeo inepte accommodent: tamen contrarium æquius & benignius est, presertim cum & alias coniux coniugis nauos & vitia tolerare potius & moderate ferre, quam ob ea ad diuortium temere proclamare debeat. Confer. c. 1. vers. non enim æquum, de not. feud. 2. F. 58. Taceo, quod nonnulli existimant eiusmodi vasallum, qui aduersa valetudine detinetur, ne substitutum quidem domino mittere teneri, sed a seruitiis ipso iure eum excusari; cum seruire nobis videantur & illi, quos curamus ægrotos, qui cupientes seruire, propter aduersam valetudinem impediuntur, l. cum hæres Reipublica causa. 4. §. Stichus si hæredi, vers. Pomponius scribit, de statu-

statu liber. Raynaudus *in c. unic. §. firmiter, num. 53. de probib. feud. alien. per Frider. Nicol. Mozz. tit. final. de feud. n. 112. vers. septima causa, &c.* Quod tamen nos suo loco relinquimus; idque minus arridet Camerar. *in d. §. firmiter. p. 757.* Andr. de Ifern. *ibid. num. 33. vers. de infirmo.* Laud. *num. 5.* Ac quamuis nonnulli tandem eo deueniant, vt & filiis superstitibus exclusis domino indifferenter hoc casu feudum adiudicent: mihi tamen illud non solum feudo pro filiis acquisito durum videtur, Thom. Marin. *tractat. de gener. & qual. feud. tit. 3. num. 34.* sed etiam eo tantum pro hæredibus concessio mea opinione nullam æquitatis vmbra repræsentat, præsertim quod d. §. mutus, ad eum sensum saniozem sit reducendus, quo minus ius commune & feudale lædatur, quod filio in feudo nouo indifferenter successionem non denegat. Vult. & Hartman. Pistor. *ad d. locis.* Tiraqu. *de iur. primogen. quest. 2. n. 14. q. 40. n. 126.* Diss. Aluar. *ad d. c. 1. §. fin. n. 20. in quib. caus. feud. amitt.* Curt. Iun. *de feud. p. 5. conclus. 5. num. 12.* & plures alii, quos allegat Rosenth. *d. c. 7. conclus. 27. sub lit. q.*



Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk

ULB Halle 3
002 275 21X




f

sb.

WDA







1698 13 f 6

F. 2. S.
I ANTONII, IC.
FEVDALIS VI
De

SSIONE
RVM CLE.
ET IMPER-
DRVM,

quam
ex Iure Publico,
-Illustris Dn. de RHEZ
FRIDERICIANA,
SIDE

ESTRYKIO
re Publ. Ordinario,

O. R. MDCXCIIX
oni publicæ submittit
DERICVS VDEN,
alæo-March.

GDEBVRGICAE,
DREÆ ZEITLERI, AC, TYP.